



Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. V. Et conuersus sum, [et] leuauit oculos meos, [et] vidi, [et] ecce volumen volans, et dixit: Quid tu vides? [et] dixi: ecce ego video volumen volans. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

nis super candelabrum aureum significationis spiritus sancti, quē cum patre deo filius deus glorificatus, & propter passionem mortis gloria & honore coronatus dedit, & tantae dignitatis datae oliuae sunt, ut stent iuxta duo rostra aurea candelabri, unā ad dexterā, & unā candelabri suae lampadis, arbitramur nihil dignius, nihil intelligi posse convenientius, q̄ duo data eiusdē spūs sancti. Bis nāq; datus est spūs. Primo in remissionē peccatorū per passionē domini nostri Iesu Christi. Secundo in diuisiones gratiarū per gloriā eiusdē Iesu Christi resurrectione & ascensione glorificati, & sedentis ad dexterā maiestatis in excelsis. Vna oliua à sinistris & una à dextris candelabri: quia uidelicet datum primū, quod est in remissionē peccatorū ab humilitate passionis, scdm̄ quod est in diuisiones gratiarū à gloria paterni confessus, credentibus in ipm̄ prouenit. Haec sunt duo rostra aurea uidelicet adoranda, passiōis humilitas, & p̄dicanda exultatiōis gloria, iuxta quā uident stantes duae oliuae: quia uidelicet ubi passus & mortuus est, ibi expectantibus se remissionē peccatorū contulit defunctis & uiuis, unde & mox ubi post mortē in medio discipulorū suorū rediuiuus stetit, & dixit eis: Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata, remittunt eis. Et exinde quinquagesimo die ubi sedet ad dexterā patris, inde diuisiones grāiarū dedit Ap̄st̄is, q̄s & significabāt disperitā linguā, q̄ apparuerūt illis tanq̄ ignis. Isti sunt ergo (inqt) duo filij olei. i. duo data spūs sancti, siue duo effectus op̄tētis eius grā, q̄ assistūt dñatori uniuersae terrae: q̄a semp̄ p̄optū & patū ē uni deo p̄ri, & filio, & spūi sancto, remissionē peccatorū, & insup̄ q̄libet diuisiuā grām dare, & prout uult distribuere. **¶ Et conuersus sum, & lenaui oculos meos, & uidi, & ecce uolumen uolans, et dixit: Quid tu uides? & dixit: Ecce ego uideo uolumen uolans. Longitudo eius uiginti cubitorum, & latitudo eius decē cubitorum, & dixit ad me. Hęc ē maledictio quę egreditur super faciem omnis terre, quia omnis fur, sicut tibi scriptum est, iudicabitur & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illum dicit dominus exercituum, & ueniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter. Et commorabitur in medio domus eius, & consummet eum, & ligna eius & lapides eius. ¶ Hoc futurū erat, ut post illa quae haecenus in hac uisione significata sunt, sc̄. post incarnationē passionē, resurrectionē, & ascensionē dñi Iesu, dato spiritu p̄dicatibus Apostolis Iudaei nō crederēt, imō & p̄dicatores euāgelij persequerent & occiderent, atq; proinde ueniret sup̄ eos omnes maledictōes legis, quas Moses in Deuteronomio scripsit, quae sunt hm̄oi. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictū horreū tuū, maledicta reliquiae tuae, maledictus fructus uentris tui &c. Recte ergo & scdm̄ reḡ gerendae ordinē. Postq̄ dixit dñs: ecce uenio & habitabo in medio tui. Postq̄ ablatis uestimentis fordidis Iesus idutus ē mutatorijs: postq̄ candelabrū aureū stetit cū septē lucernis, & duab⁹ oliuis siue oliuae sp̄icis, quae sunt duo filij olei. i. duo, de quibus iam dictū, data benedictiōis cernitur uolumē uolans, & haec est maledictio inquit, & educā illud & ueniet ad domū furis & ad domū iurantis in nomine meo mendaciter. Dillexit enī maledictionē & ueniet ei, & noluit benedictionē & elōgabit ab eo. Volatus uoluminis cūsum uelociter adueniētis significat maledictiōis: quia uidelicet sicut Psalmista dixerat: In generatiōe una deleat nomen eius, ita futurum erat & ita factū est, ut ultra quadraginta annos maledictio, i. uindicta super pplm̄ Iudaei cum nō differret. Longitudo uoluminis. i. maledictiōis: aeternitas est damnatiōis, & latitudo eius, temporalitas tribulatiōis. Nam & in praesenti & in futuro seculo damnati sunt increduli Iudaei in uindictā sanguinis dñi Iesu & prophetarū eius. Et latitudo q̄dem maledictiōis decem cubitorū est: quia uidelicet tp̄alis tribulatio, qua ceciderunt in ore gladij, & captiui ducti sunt in omnes gentes: decalogi, q̄d̄ praeruaricati sunt, iusta uindicta est. Porro longitudo eius dē maledictiōis uiginti cubitorū, i. dupla est: quia nimis: eterna damnatio nō solum corpus ut praesens tribulatio continget, sed & corpus & animā gehennali igne puniet. Haec igitur est maledictio, (inquit) quae egreditur super faciem omnis terrae, & p̄fecto primū terrae Iudaicae: ira enī & indignatio, & tribulatio, & angustia in oēm aiām hoīs Iudaei primū & Graeci. Et reuerse prophetiae praesentis ordo postulat, faciem ois terrae hic intelligi uniuersitatē terrae Iudaicae, quae legem accepit, i. non solum ciuitatem Hierusalem: sed & omnes ciuitates Iudaeae, quia super omnē terrā illam maledictio aduolauit, et super omnē gentem illam effusa est. Vnde et adhuc subditur. Quia omnis fur, sicut tibi scriptū est, iudicabitur, et omnis iurans ex hoc sicut**

Duo rostra aurea

Iohan. 20 Actu. 2

CAP. V.

Deut. 28

Psal. 108 Ibidem.

Longitudo & latitudo uoluminis

Rom. 2. Super facies omnis terrae, scilicet Iudaicae

Deut. 28. militer iudicabitur. Quomodo ibi scriptum est. i. in uolumine maledictionis: Præmissio, maledictus eris in ciuitate usq; maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Quantaq; horribiles maledictionis sententiæ, nominatim cursu continuo proferantur, uolenti legere uel numerare promptum est, Triginta namq; eiusmodi sententiæ, & pleræq; ex ipsis declamatione imprecatoria depromptæ, quarum prima est: mittet dñs super te famem & esuriam, tricesima, ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Nam uerba siue sententiæ esse maledictiois ipse confirmat, ita concludens: & uenient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te donec intereas. Post hæc & alia similiter ad maledictionem pertinentia declamat, non tñ imprecantis modo: sed annuntiantis & loquentis more prophætico. Hæc idcirco dixerim: quia reuera non nihil habet consideratiõe & admiratiõe dignum, tot præscriptas fuisse sententiæ maledictiois, quot argæcos daturæ erant in pretium sanguinis dñi. In Psalmo quoq; centesimo octauo, si diligenter computes, maledictiones totidem inuenies, quarum prima: constitue super eum peccatorem, ultima est: & induant sicut diploide confusionem suam. Nõne propter hæc magis delectatus animus, numerus uoluminis qui est in lōgitudine, & numerus qui est in latitudine recte coniūgit & componit, ut sint triginta cubiti magnitudinis uoluminis, sicut sunt triginta sententiæ maledictiois, & triginta argentei fuerunt, quos in pretium sanguinis dñi fur ille, i. cœtus iudæorum dedit: Deniq; sicut longitudo & latitudo unam magnitudinem faciunt, ita & decem qui sunt latitudinis, & uiginti cubiti longitudinis recte simul ueniunt, & triginta fiunt. Et quis nesciat, quis dubitet euenisse quod ait: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & ois iurans ex hoc similiter iudicabitur, educā illud & ueniet ad domū furis & ad domū iurantis in nomine meo mendaciter, & cōmorabitur in medio domus eius, & cōsummet eū, & ligna ei? & lapides eius? Quis nescit, quis nõ audit, quia sic omnino factum est: Venit enim uolumen illud maledictiois ad domū furis, ad domū illam que cum debuisset esse domus orationis, facta est spelunca latronum, & domus negotiationis, & ille fur qui hoc fecerat, & latrocinia sua in domo illa periurio cumulabat, imò & ipsum dici sibi mendaciter & in dolo adiurauerat, proloquente quodam: A diuro te per deum uerum, uidecas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti? Omnis eiusmodi fur, & eiusmodi iurans siue adiurans, id est, tam populus q̄ sacerdos iudicatus est, sicut ibi scriptum est: omnino sicut scripsit Moses & consumpsit eum, & ligna eius & lapides eius, ita ut flamma concremarentur ligna, & nõ remaneret lapis super lapidem de omni domo illa, & non pertransiuit à populo illo uolumen illud qd est maledictio, sed cōmorabitur adhuc in medio eius. Sequitur. *Leua oculos tuos & uide. Quid est hoc quod egreditur? & dixi. Quid nam est? & ait. Hæc est amphora egrediens. Et dixi: Hic est oculus eorum in uniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, et habebant alas quasi alas milui, & leauerunt amphoram inter terram & celum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo iste deferunt amphoram? Et dixit ad me: Ut edificetur ei domus in terra Sennaar, et stabiliatur, et ponatur ibi super basem suam. Pars maxima, pars præcipua Iudaici sceleris, & poenæ consequentis, miraculo mystico, mysterio mirabili designatur litera præsentis capituli: Dixerat in præcedentibus furem, dixerat mendaciter iurantem, sed in his duobus dictis, nondū habet scelere illoꝝ mensurā siue plenitudinem, quam ipse dñs cognitā, imò præcognitam habent iam dudum, & uos ait: implete mensurā patrū uestroꝝ. Mensura illa recte hic intelligitur per monstrata per amphorā. Nam leuatis oculis suis ad uidendū, & attentus factus ab interrogante oculo, quid est hoc qd egreditur, & ipse interrogans qd nam esset, audiuit: hæc est amphora egrediens, & hic est oculus eorū in uniuersa terra. Scdm ordinē hæc tenus in præsentis uolumine obseruatū, recte, ut iam dictū est, illa intelligitur mensura patrū, qui pphetas occiderunt, quā cū impleuissent filij, occidendo ipm prophetas: dñm, lapidando siue occidendo flagellando in synagogis suis, & persequendo de ciuitate in ciuitate, missos ad se prophetas euangelicos & sapientes & scribas, iustum fuit ut ueniret, sup eos omnis sanguis iustus, qui effusus est sup*

Deut. 28.

Triginta maledictiones.

Mysterius in triginta

Domus furis templum Iudæorum.

Matth. 27.

Ibidem. 26.

Deut. 28.

Matth. 23 Amphora est mensura patrum impleta iudæis

est super terram sanguine Abel iuncti, quem admodum ipse dixit, & ita factum est. ¶ Et notandum quod amphora etiam oculum nuncupavit: hic est (inquiens) oculus eorum in universa terra. Constat enim, & in universa terra notum est, quia non per ignorantiam: sed per invidiam Christum occidendo, & apostolos eius persequendo, mensuram illam sive amphoram impleverunt, & oculo scienter peccaverunt, & oculum in peccando apertum & videtem habuerunt. Nam si cæci essetis ait, non haberetis peccatum, & alibi: Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Vere igitur hic est (ait) oculus eorum in universa terra, quia videlicet peccatum eorum non effecit error sive ignorantia, sed oculus nequam, id est, invidia, & hoc auditum est in universa terra. ¶ Sed & illud notandum quod dicens: hæc est amphora addidit egrediens: quia perfecta illa iniquitatis amphora diu versabatur intus, & in conventiculis & secretis consultatibus, quomodo solum in sermone caperent, quomodo illum dolo tenerent & occiderent, & quod taliter diu tractaverunt, tandem longo circuitu pertractum, egressum est in publicum. Hinc est illud Psalmistæ, quod tam de traditore quod de omni inimicorum cœtu, qui dixerunt: quoniam morietur, & peribit nomen eius, recte intelligitur, cor eius congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum, adversum me susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum constituerunt adversum me. Nimirum sic agendo amphora intus versabatur, tunc autem egressa est, quando diffinito consilio, tanquam ad latronem exierunt cum gladijs & fustibus & seditiosis clamoribus, petierunt atque effecerunt ut crucifigeretur. Et ecce ait, talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una sedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc est impietas. Talentum plumbi pondus est iudicij sive damnationis, magnum utique & grave secundum magnitudinem & grauedinem irremissibilis delicti, id est, cordis impoenitentis. Nam huiusmodi delictum impietas est, cuius perseverantiam quam hodieque videmus, festino mulieris in medio amphoræ congrue significat. Sedent namque nunc usque patres impij in cathedra pestilentie blasphemantes, & filios suos Christum blasphemare docentes, atque hoc modo in medio amphoræ sive mensuræ impletæ mulier sedet, dum eis etiam in ore gladij cadentibus, & ubique gentium in captivitate dispersis, impietas sua placet. Proinde quid sequitur: Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Hoc post presentem vitam & fit & fiet. Iam factum est, quod supra significabatur & dicebatur, ubi voluisti men volans Propheta vidit, & hæc maledictio (inquit angelus) & educam illud, dicit dominus exercituum, ad domum furis, & consummet eum, & ligna eius, & lapides eius. Hoc (inquit) iam factum est: quia templum illud exterminatum, & quæ erat civitas destructa est, sed magnitudo amphoræ & impietatis, quæ in medio sedet, exigit, ut hac vindicta simplici, iustitia dei non contenta sit. Ergo & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius, statimque & levavit (ait) oculos meos & vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & levaverunt amphoram inter terram & cœlum & cætera. Mirum quod & mulier quæ est impietas, sedebat in medio amphoræ, & proiecit eam in medio amphoræ, ut litera sonat. ¶ Quomodo proficitur mulier in medio amphoræ? Sed perfecta amphora ista non manufacta, quæ est impleta peccati mensura, aliter est: quia videlicet peccato suo nemo traditur nisi quæ se tradidit ultroneus, iuxta illud: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, & quæ non nocent adhuc, & quæ in sordibus est sordescat adhuc. Nam projicere impietatem, id est, impiam animam, hoc est, non convertere eam, quod tunc fit, cum ad quartum scelus pervenerit, sicut in Amos dominus dicit. Super tribus sceleribus Iuda & super quatuor sive super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non convertam eum. Primum namque scelus est, malam voluntatem habuisse, secundum malum quocumque operis perpetrasse, tertium, consuetudinem mali operis habere, quartum, arguenti legi sive iustitiæ dei repugnare, & verba proferre blasphemiam. Qualis vel quanta quarto huic sceleri poena debeat, significat id quod dictum est: & misit massam plumbeam in os eius. Massa namque plumbea sive talentum plumbi, pondus ut iam dictum est, significat damnationis vel iudicij dei, quod videlicet impietas huius amphoræ, id est, mensuræ sæpe dictæ irremissibilis sit, testante ipso domino: quia quæ dixerit verbum contra spiritum sanctum, id est, qui scienter de bono dixerit malum, ut tunc Iudæi vel Pharisei, & post hæc res factæ fecerunt, non remittet ei in hoc seculo neque in futuro. Quid tandem sunt duæ mulieres, quæ portatio huic tanto ponderi addictæ, quem admodum dicit: Et levaverunt amphoram inter terram & cœlum? Duas ex scripturis prophetis mulieres notas habemus, & nomina earum, ait dominus ad

Amphora ista cur & oculus dicitur

Iohan. 9 Ibidem. 15

Marth. 22 Mar. 14

Psal. 40

Iohan. 18

Talentum plumbi pondus damnationis Iudæorum

Quomodo proficitur mulier in medio amphoræ Psal. 80 Apoca. 22 Amos. 2

Mat. 12

Duæ mulieres, Samaria & Hierusale



COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. II.

Ezech. 23 Ezechielem, Oolla maior, & Ooliba soror eius minor. Itē: Porrò eaz nomina Samaria Oolla, & Hierlm Ooliba. Ac deinceps: Fili hominis non iudicas Oollam & Oolibam, & annūcias eis scelera eaz: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus eaz: Hæc & his similia per similitudinē dicta sunt: quia uidelicet sicut adultera dicitur & est mulier, quæ relicto uiro suo alteri commiscet uiro, ita Oolla & Ooliba relicto deo patrū suoz coluerunt deos alienos. Et sanguis in manibus earum, quia missos ad se prophetas occiderunt. Et Ooliba minor plus q̄ Oolla, id ē, Hierusalem plus insaniuit q̄ Samaria. Quomodo? Quia procul dubio cum filia fecerit Hierusalem, quæ & Samaria fecit, occidendo prophetas, & sectando idololatriā addidit quod maius est, occidendo dñm, & eligendo Barrabā, quod fuit implere (ut iam dictū est) mensuram patrum, quæ intelligitur per amphoram. Pulchre ad hūc sensum accedit, q̄

3. Regū. 18
Mat. 23. 14.

.i. Hierusalem mulier Herodias nouissimū prophetarum & plus q̄ prophetam Iohannem occidit. Igitur duæ mulieres, patres & filij sunt, patres qui mensuram sanguinis ferē dimidia uerunt, & filij qui mensuram impleuerunt, & ita unam eandem amphorā sibi ad portandū,

Ala q̄ similit
Superbia dia
boli.

cum impietatis pondere comunē fecerunt. ¶ Ista habebant alas quasi milui. i. superbia quasi diaboli: quia uidelicet sicut in Psalmo scriptū est: Tenuit eas superbia, operæ sunt iniquitate & impietate sua, & prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, dum diceret anterior mulier, non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai. Posterior uero dicente Pilato

Psal. 72
3. Reg 12.
Iohan. 19

Regē uestrū crucifigā: clamaret dicens: Non habemus regē nisi Cæsarē. Itaq; & spūs (ing) in alis eaz, spiritus utiq; blasphemie, unus idemq; in superbia mulieris talium, ut illa subannaret patrem & patriarcham Dauid, & ista filium Dauid. Hoc omnino reminiscitur, quotiescunq; mensuræ illius mentio fit, de qua hic agitur, propter amphoram eiuſmodi, quia uidelicet abnegatio Dauid, & schisma quod fecerunt patres, scindendo se à domo Dauid, uitulosq; colēdo, quos Hieroboam fecit, initium fuit impietatis, quam impleuerunt filij negando Christum ante faciem Pilati. Nonne patres dicendo: Non est nobis pars in Dauid, iam negatores extiterunt eiusdem Christi quē negauerunt filij. Promissio nāq; facta fuerat ipsi Dauid, Christū de semine eius nasci, & idcirco sicut ad Samuel dixit dñs: Non em̄ te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, ita de illis uerissime dicas: quia nō Dauid sed Christū negauerunt, ne regnaret super eos, præeligentes filio Dauid Barraban, sicut illi patres eoz ipsi Dauid præelegerunt Hieroboam. Et leuauerunt (ait) amphoram inter terrā &

1. Regū. 8

Iudæi diuina
uisione leuas
ti inter cœlum
& terram

cœlum. ¶ Quid sibi uult huiusmodi dictum, leuauerunt inter terram & cœlum. Scimus q̄ dē quia quod ē portandum siue deferendum, deferendo leuatur inter terrā & cœlum. Sed quid sibi uult huiusmodi dictum? nisi ut innuat tibi respicere rem cuius erat totum portentū. Quæ nam est illa res? Nimirum ipsa sanguinis uindicta, cuius (ut supra dictum) signum erat amphora, & in amphora sedens impietas. Qualis em̄ est sanguinis siue iniquitatis illius uindicta? Ecce palam est, & uidemus Iudæos qui mensuram illam (ut sæpe iam dictum est) impleuerunt, leuatos inter terram & cœlum. Quomodo? quia uidelicet nec terra sua capit eos nec cœlū admittit eos. Nonne ducti in omnes gentes captiui, terrā suā non contingunt? Multo magis cœlum contingere, id est, ad regnum cœlorum peruenire, cum sint increduli nō possunt. Huius rei non istud solum fuit portentum, quod leuauerunt amphoram in terrā & cœlum, uerum etiam illud quod sceleris eorum signifer Iudas, periit inter terram & cœlum.

Matth. 27
Actu. 1

Suspensus enim crepuit medius, & ut ait quidam, cœlo terræq; perosus, inter utrūq; periit, et diffusa sunt om̄ia uiscera eius. Sic nāq; ille populus, cœlo ac terræ perosus, à terrena Hierusalem abactus, & cœlesti Hierusalem indignus, inter utrūq; periit, & sic reliquæ dispersæ sunt eiusdem populi, sicut pendens inter terram & cœlum diffusa sunt iam dicti uiscera proclio

Num. 13

ris. ¶ Quanto melius, quanto pulchrius, atq; dulcius signum siue portentum, quod duo uiri ex his qui explorauerant re promissionem terrā reuertentes, botrum cum palmitē in uentre portauerunt. Confer duos illos uiros duabus mulieribus istis, & uetustationem illorum, istarum

Comparatio
duorum uiro
rum, botrum
portantium,
ad duas illas
mulieres

los patres, & malos malorum patrum filios, qui impleuerunt mensuram eorum significauerunt, sic contra, illi duo uiri bonos patres, quorum optimi Patriarchæ & Propheta fuerunt, & bonos bonorum patrum filios, quorum Apostoli optimi sunt, & mystice designauerunt. Et sicut

Et sicut amphora quam inter terram & cœlum mulieres leuauerunt, plenæ mensuræ scelerum portentū fuit, sic econtra botrus, quē in uetere uiri portauerunt, pietatis & iustitiæ, quæ in cruce pepedit, signū exit. ¶ Nunc sequentia p̄curramus. Quo (inquit) istæ deferūt amphoram? Vt ædificet (ait) illi domus in terra Sennaar, & stabiliat ibi sup̄ basem suam. Terra Sennaar dicta est terra Babylonis, ubi turrim ædificauerūt sup̄bi, quorū linguæ cōfusæ, & ipsi in oēs terras dispersi sunt. Interpretat aut̄ Sennaar, excusio siue sceler dentū, & hoc maxime locoterrā significat illā, quā dicit David tenebras, & terrā obliuionis, & Iob sanctus terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine, ille dicēdo: Nunquid cognoscēt in tenebris mirabilia tua, & iudicia tua in terra obliuionis, iste aut̄ clamando, dimitte me dñe, ut plangā paululum dolorem meum, anteq̄ uadam ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. In illam terram Sennaar, in illam terram putoris dentū, deferunt (ait) mulieres istæ amphoram suā, mulieres quæ dentes arma & sagittæ, & quæ lingua gladius acutus, ut illic ædificet illi domus & illic sup̄ basim stabiliat. Quæ est illa domus? Quæ est illa basis eius? Domus est mortis, basis est perditōis stantis & permanētis. Quia sepulchra eorū (ait Psalmista) domus eorū imperpetuum, & nno est ibi spes siue expectatio transeundi ad aliā domum, transmigrandi ad aliū locū. Ergo q̄ malū stabilimentū, quod miro modo declamauit, ita pronuntiās, ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur & ponatur ibi super basem suam. Sequitur. Et conuersus sum, & leuaui oculos meos & uidi, & ecce quatuor quadrigæ egrediētes de medio duorum montiū, & motes mōtes eret. In quadrigā prima, equi rufi, et in quadriga secunda equi nigri, et in quadriga tertia equi albi, et in quadriga quarta equi uarij et fortes. Et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hec domine mi? et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor uentri cœli, qui egrediuntur ut stent coram dominatore omnis terræ. In quo erant equi nigri, egrediebantur ut stent coram dominatore omnis terræ. In quo erant equi nigri, egrediebantur ad terram Aquilonis, & albi egrediebantur post eos, & uarij egressi sunt ad terram Austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt & quærebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite et perambulate terram, et perambulauerunt terrā. Et uocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerunt (spiritum meum in terra aquilonis.) Meminisse oportet unam esse, & unius noctis uisionem, ab eo quod dixit: Uidi per noctem: Et ecce uir ascendens super equum rufum, usq; ad id quod postmodum diciturus ē, & factum est in anno quarto Darij regis, secundum rerum ordinem quæ tūc gerendæ erāt, nunc autem gestæ sunt ferē omnes, præter secundum uiri eiusdem. s. dñi nostri Iesu Christi aduentum. Consideramus uisionis ordinem pulcherrimū, & non minime delectatus est animus, gloriam talis uiri quærens ac diligens, quia recto hic ordine iuenit historiam salutis, historiā græ & ueritatis, quō deus & uerbū siue filius dei, memor p̄positi, memor ad Abrahā & David dictæ atq; iuratæ promissionis reuersus est ad Hierusalem in misericordijs, & in ea domus eius ædificata est. Et quatuor cornua quæ uentilauerunt Iudam & Hierusalem, id est, quatuor regna, per quæ conatus est diabolus eandem abolere promissionem, detrita sunt, & tunc uenit Dominus, d̄ filia Sion, et habitauit in medio tui. Verbum enim caro factum est, et habitauit in nobis. Atq; idem deus, sillus Iosedech, quod est filius Domini iustitiæ, mutatoris indutus, id est, propter passionem mortis gloria et honore coronatus est, ascendensq; in cœlum factusq; candelabrum magnum, candelabrum aureum septem lucernarū claruit per mundum uniuersum, dando Apostolis, uel p̄dicatoribus suis sanctum septiformē sp̄m, & qui lumen tantū extinguere uoluerunt, impleta paternorum mensura scelerum, suam, sicut nouissime dictum est, amphoram & impietatem blasphemie deportādā in terra Sennaar, cum plumbea damnationis massa receperunt. ¶ Quid deinde factum est post illos excidium, quod dignum sit intelligi, per quatuor huiusmodi quadrigas, egredientes de medio duorū montiū, quæ in prima sunt equi rufi, in secunda equi nigri, in tertia equi albi in quarta equi uarij fortes? Leuemus cū Propheta oculos n̄ros, & p̄spectū extēdamus per mundum uniuersum. Et ecce mundus plenus est, & ex quo beati Apostoli de candelabro illo sunt illuminati, cœpit impleri quadrigis feruentibus, & equis currentibus, de quibus & Abacuc decantās domino: qui ascendes (ait) super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.

Terra Sennaar. Gene. 11

Psal. 87 Iob. 10.

Psal. 136

Psal. 48

CAP. VI

Epilogus rerum unius uisionis infra. 7.

Quatuor quadrigæ

Abacuc. 9

